ex parte consutilis. quae ne ab inimicis quidem scin
Ut et quae. + di potest: OMNIS SERMO MALUS DE ORE UESTRO
NON PROCEDAT. SED SI QUIS BONUS AD AEDIFICATI
ONEM OPORTUNITATIS. UT DET GRATIAM AUDIENTIB;
Bonus sermo est. ad aedificationem oportunitatis.
dans gratiam audientibus. qui doc& uirtutes sequen
das. uitia fugienda. malus. quia ad peccata prouocat. &
pronos magis incitat ad ruinam. Pro eo autem quod
nos possuimus ad aedificationem oportunitatis. hoc
est quod graece dicitur. ΧΡΕΙΑϹ. In latinis codicibus.
propter eufoniam mutauit interpres. & exposuit ad
aedificationem fidei. Quotiens cumque ex sermone
nostro alius proficit. & iuxta oportunitatem loci tem
poris & personae. aedificat audientes. bonus de ore ues
tro sermo processit. Quotiens uero loquimur aut
non in tempore. aut inportuno loco. aut non ut conue
nit audientibus. totiens sermo malus procedit de ore
nostro. ad destructionem eorum qui audiunt; Consi
deremus itaque quid loquamur. quia pro omni otioso
uerbo reddituri sumus rationem in die iudicii. & etiam
si non laedamus. non tamen aedificemus. mali uerbi
nobis luenda sit poena. ET NOLITE CONTRISTARE
SPM SCM DI. IN QUO SIGNATI ESTIS IN DIE REDEMP
TIONIS. Maeror sci sps sic intellegendus. quomodo

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Erzbischöfliche Diözesan- und Dombibliothek Köln
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Erzbischöfliche Diözesan- und Dombibliothek Köln
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/dbk_cod58/0140